Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectarius benedictinus - Cod. St. Blasien 1

Fidelis <Pater>

[Südschwarzwald, Sankt Blasien], [Ende 17. Jahrh.; Supplementum von 1762]

Monogramm und Jahreszahl (unter der Überschrift)

urn:nbn:de:bsz:31-46337

Visual Library

SUPPLEMENTUM

P.F.F. M.DCCLXII.

Die xix Januarij.

S. Pauli Erem. C. Orat. Deus qui nos. De Com. Conf. non Pont.

Die xxiii. Jan.

S. Ildephonſi E. C. Oratio.

Deus, qui per glorioſiſſimã Filij tui Matrem beatum Ildephonſum Confeſſorem tuum atque Pontificem, miſſo de theſauris cœleſtibus munere decoraſti: concede propitius; ut per ejus preces & merita munera capiamus æterna. Per eundem Dominum.

FESTA FEBRUARIJ.

¶ Si contingat transferri

FESTUM PURIFICAT. Beatæ Mariæ Virginis.

IN II. VESPERIS.

ANTIPHON.



S Imeon juſtus.



R Eſponſum accepit Si-

meon.

A Ccipiens Simeon.



O Btulerunt.

Capitulum & Oratio ut ſupra.

Antiphona ad Magnificat.



H Odie.

Die IV. Februarij.

S. Agathonis Papæ & Conf.

℣. Amavit.

oratio.

Pateant aures miſericordiæ tuæ, Domine, precibus ſupplicantium: & continuis tribulationibus laborantes, intercedente beato Agathone Confeſſore tuo atque Pontifice propitius reſpirare concede. Per Dominum.

Die vi. Februarij.

S. Adelelmi Abbatis.

℣. de Com. Conf. non Pont.

oratio.

Deus, qui nos beati Adelelmi Abbatis præclaris virtutum exemplis erudiri voluiſti: concede propitius; ut quod te donante, devote promiſimus, ejuſdem patrocinio fideliter adimplere valeamus. Per Dominum.

Die vii. Februarij.

S. Romualdi Abb. Orat. Interceſſio. de Com. Abb.

Die viii Februarij.

S. Laurentij Epiſc. & Conf. Orat. Da quæſumus. de Com. Conf. Pont.

Die ix. Februarij.

S. Apolloniæ V. & M. Orat. Deus qui inter cætera. de Com. Virg.